



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Prologvs Avthoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

D. HENRICI  
SVSONIS VIRI SANCTI  
SIMI, CENTVM MEDITATIO-  
NES PASSIONIS CHRISTI ie-  
su, ipsi diuinitus reuelata, breues qui-  
dem, sed ad modum pia&  
efficaes,

## PROLOGVS AVTHORIS.



VISQVIS sub compendo  
deuotè ac pio cum affectu  
Christi passionem acerbo-  
mam & amoris spirantem  
mam, in qua sita est tota ho-  
minum salus, mente recol-  
uere, secumque commemo-  
rare, atq; illius multimodis afflictionibusq;  
rum se præbere appetit, centum has Meditatio-  
nes breuibus compræhensas verbis, memoria  
commendabit, ita ut sensum mentemq; illarum  
animo affixam retineat, piacq; cordis deuotio-  
ne cum centum, ut vocant, venijs, id est, hum-  
exosculationibus, aut alio ipsi magis congruo-  
modo quotidie eas percurre: & quouies hum-  
osculatur, toties orationem Dominicam, et  
Salve regina, vel Angelicam salutationem, yd  
beatissimæ virginis Mariæ sit mentio, adiuge-  
get. Hac namque ratione fratri cuidam religi-  
oso post nocturnas preces diuinitus reuelata  
fuere, stanti videlicet coram imagine crucifixi,  
ac pie conquerenti Deo, quod non posset ablo-

grau-  
mor-  
eo m-  
rat.  
Dom-  
idem-  
habe-  
fione-  
di, p-

A  
tur in  
Mem-  
imm-  
duct  
noct  
tibus  
prob  
man-  
velu-  
mœ-  
respo-  
bitus  
mor-  
Vt H-  
irrif-  
Vt el-  
rum  
min-  
spic-

graui molestia & tædio illius passionem animo reuoluere. Si quidem ad id vsque temporis eo malo siue eo defectu non parum laborauerat. Petitiones autem siue adspirationes hisce Dominicæ passionis meditationibus adiunctas, idem frater ex seipso attexuit, idq; succincte, ut habeat quilibet, modum quandam vel occasionem petendi à Deo, vel ad Deum adspirandi, prout se affectum senserit.

Dominica die, vel ad Matutinas.

**A**dmonere te IESV pijissime sudoris illius sanguinei, quem tibi post coenam ultimam in horto oranti, pijissimi cordis turpissimæ angustia vbertim expressit. II. Memento crudelissimæ illius captiuitatis tuæ, immanissimæ colligationis, & miserandæ abductionis. III. Memineris pie IESV, ut ea nocte duris te affecerint verberibus, phlegmatibus conspurcârint, oculorum velarions probrosè ac indignè nimis tractârint. IIII. Ut mane coram Caipha condemnatus, & morti velut reus adiudicatus fueris. V. Ut mater moestissima immenso cordis cum dolore te respexerit. VI. Ut Pilato ignominiosè exhibitus, coram illo falso accusatus, & ab eodem mortis sententia iniquè damnatus fueris. VII. Ut Herodes cum suis in alba veste ceu fatuū te irriferit, qui es Patris æterna Sapientia. VIII. Ut elegantissimū corpus tuum horridi flagitorum & virgarum ictus dirè sulcauerint, accominuerint. IX. Ut caput tenerrimum vepres & spinæ acutissimæ confixerint, largiter per facies

descur-

L